Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 207

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 14.

" facii videlicet 4^ta^ feria ante penthecostes fu-
" it magnus terre motus in Wienna ita ut
" cuncte due parve campane scilicet campa-
" na primarum in magna turri S. Stephani
" trina ac quatuor vicibus sonuerit et una
" alia 4 in alia turri toties etiam vigil de
" turri cucurrit putans turrim ruere et la-
" borantes tunc frangentes antiquam eccle-
" siam de muro fugarunt.

Cod: CCVII.

Chartac: Fol: Saec: 15. — 2 / 44.

1. Fol: 1–38.

Nic: Dinckels-pühel Tract: de dilectione Dei, et proximi. — 1a–38a

Nicolai Dinckelspühel Tractatus de dilecti-one Dei, et proximi, qui incipit: "Scribitur Mt. 22o. quod cum quidam legis doctor;" et de quo jam dictum est in Codd: XCVI. n: 2. et CLXX. n: 6.

2. Fol: 38–85.

Ejusdem Sermon: de X praeceptis. — 38a–85b

Ejusdem Sermones de X praeceptis decalo-gi, quorum primus est: "Preter precepta legis nature comunia." De his quoque jam egimus in Codd: XCVI. n: 3. et CLXX. n: 7. Id autem in hoc Codice peculiare est, sermoni-bus praemitti tanquam prologum exordium alterius Sermonis ejusdem authoris de ace-dia, quem exhibet Kropff: in Bibl. Mellic: p: 178. hujus initii: "Ex caritate causatur gaudium de Deo." Ad calcem ultimi Ser-monis scriptum est: "Et sic est finis hujus operis sub anno domini M^o^ CCCC^o^ 43."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 207

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 15.

3. Fol: 86–133.

Ejusdem Tractatus de 3 partibus poenitentiae. 86a–133b

Ejusdem Tractatus de tribus partibus poeni„tentiae. Illius principium est: "Ecce nunc tempus acceptabile &c. Duo sunt tempora ho„minis. Rubrica quoque sonat: "Incipit tracta„tus de penitencia Magistri Nicolai de Dinkels„puhel et cetera". Idem ergo tractatus, qui in Cod: XXXIX. n: 5.

4. Fol: 134–167.

Ejusdem Tractatus de octo beatitudinibus. 134a–167b

Ejusdem tractatus de octo beatitudinibus, qui incipit: "In Evangelio quod legitur in festo omnium Sanctorum". Comparuit jam in Cod: CXXXVII. n: 4.

5. Fol: 170–234.

Ejusdem Tract: de vitiis capit: & virt: oppositis. 170a–234a

Ejusdem Tractatus de viciis capitalibus et virtutibus oppositis. Initium ejus est: "Ho„mo quidam fecit cenam magnam &c. Po„stillam ewangelii hujus". Eundem vide in Cod: CXXXVII. n: 3.

6. Fol: 243a–255a.

Ejusdem Tract: de VII donis Spiritus S.

Ejusdem Tractatus de VII donis Spiritus Sancti. Incipit: "Egredietur virga de radi„ce yesse &c: Ex hac auctoritate. Extat quoque in Cod: XLIX. n: 41. In calce legitur annus Domini 1442.

7. Fol: 256–277.

Thomae de Harbach Tract: de V. Sensibus.

Rubrica praemittitur: "Tractatus de quin„que sensibus Reverendi et eximii docto„ris Thome de harspach." Incipit: "Postquam

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 207

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 16.

„dei dono taliter!" Meris constat Sermonibus, et præfatio: Quanta mala &c: quæ eos /: juxta Soec: I Script: Univ: Viennens: p: 160. et Khautzium Geschichte Oest: Gelehrten p: 75:/ in aliis Codic: mss: præcedit, in nostro desideratur.

His annexum est breve compendium eorum, quæ de peccatis contra præcepta decalogi scitu sunt necessaria, fors ex tractatu de X præceptis Nicol: Dinckelspühel, vel Thomæ de Haselbach congestum. In fine legitur: "Sit laus deo sub año 1443."

8. Fol: 280.a–310.b

Sermones IV.

Sermones quatuor, qui sunt probabiliter Thomæ de Haselbach, vel Nicol: Dinckelspühel, quamvis eorum operibus non sint accensiti. Primus de tentationibus incipit: "Ductus est Jesus in desertum &c: Sicut in bello corporali." Secundus de jejunio: "Et cum jejunasset &c: Sancti patres primitivæ Xtæ Ecclesiæ." Tertius de gula: "Crisostomus Omelia XVI. super Mt. dicit omnium malorum." Quartus de eadem: Nunc igitur de gula videndum est isto tempore sacro." Unius esse authoris haud dubium, secundus enim se revocat ad primum; tertius autem et quartus inter se cohærent.

9. Fol: 310.b–355.a

Tractatus de tribus partibus poenitentiae.

Tractatus de tribus partibus poenitentiæ, nempe contritione, confessione, et satisfactione, quibus multa subjunguntur de justa, vel injusta rerum possessione, et restitutione. Initium est absque inscriptione: "Quia ut ait ambrosius in sermone de quadragesima Ecce nunc tempus ac-

"ceptabile adest in quo confessio a morte ani-
"mam liberat". In fine videtur mutilus.
Prolixum hunce tractatum Thomæ de Ha-
selbach lubens adscriberem, nisi verba ob-
starent initialia.

10. Fol. 362.a – 413.c

Joanis Nider Consolatorium timorata conscientiæ.

Joannis Nider Consolatorium timoratæ
conscientiæ. Rubrica est: "Consolatorium
timorate consciencie"; initium prologi: "
"Apud disciplinas"; operis: "Primo igitur
advertendum". Ad calcem legitur: "Et
sic est finis hujus opusculi. Quod dicitur
consolatorium consciencie / editum a magi-
stro sacre theologie Johanne Nyder ordi-
nis predicatorum in concilio Basileensi
circa annos domini M.° CCCC.° XXXIIIJ
finitur autem presens liber ao dc XLIIJ".
Egimus de eodem in Cod. CLXXXIV. n:
16.

11. Fol. 422.a – 435.c

Ejusdem Manuale Confessorum.

Ejusdem Manuale Confessorum. Epigraphen
habet: "Incipit manuale confessorum com-
pilatum per fratrem Johannem Nider sa-
cre theolog. profess. Ord. fratr. predicato-
rum". Inchoatur: "Quoniam juxta verba
Gregorii in de cura pastorali". In fine sub-
scriptum est: "Explicit tractatulus bonus
de audiencia confessionum / Qui intitulatur
manuale confessorum compilatus per rever.
patrem fratrem Joh. Nyder S. Theol. prof. de

ord. predic. sub anno domini M° CCCC° XLIII.
Vide Cod. CXII. n. 7. & CCXXXIII. n. 7.

12. Fol. 436–483.[b]

Eiusdem Tract. de lepra morali.

Eiusdem Tractatus de lepra morali. Rubricam habet: "Incipit tractatus magistri Johannis nider de lepra morali ipsius sanime." Operis initium est: "Olim deum legimus." In fine additur: "Explicit tractatus de lepra morali finitus sub anno domini M° CCCC XLIII in vigilia ascensionis Domini. De eodem etiam dictum est in Cod. CXII. n. 8.

Cod: CCVIII.

Chartae: Fol: Saec: 15.

2

S. 1.

1.

Quaestio de corpore Xti commisto cum vino in die Parasceves.

2b–3a

Quaestio theologica, utrum per commixtionem corporis Xti vinum mutatur in sanguinem in die Parasceves. Rubrica est: "Hic continetur doctrina de commixtione sacro sancti corporis Xti in parasceve cum vino puro quid ibi intelligatur scilicet utrum per corpus Xti vinum mutetur in sanguinem." Initium est: "Quia in multis libris missalibus aliquorum ordinum, et episcopatuum erronea et insufficiens habetur traditio."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 207

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27543

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)